dentatis aut variè pinnatifidis, lobis dentibusve obtusis, involucro nunc toto nigris pilis obsito nunc glabriusculo. Recept. paleis omninò destitutum. (v. s. sp. et v. c.)

5. A. NIGRICANS (Poir. voy. 2. p. 228. Desf.! fl. atl. 2. p. 236), infernè subglabrata, apice pube brevi subtomentosa et pilis glandulosis hispida, foliis infer. pinnatifidis lyratisve lobis lineari-lanceolatis subintegris, super. linearibus sessilibus integerrimis, capit. confertè corymbosis, involucro pilis nigricantibus apice glandulosis confertè hispidis. ②? in Barbariâ propè Lacalle. A. corymbosa Brot. fl. lus.? ex Steud. Affinis ex involucro A. pinnatifidæ, sed foliis facilè differt. (v. s.)

6. A. DENTATA (Sibth. fl. græc. t. 811. ined. ex prodr. 2. p. 140), pube molli brevi (junior?) tomentosa, pilis nigris rigidis eglandulosis secùs pedicellos et involucra hispida, caule erecto ramoso, foliis caulinis elongatis plerisque pinnatifidis, capitulis parcis vix corymbosis. ② in insulâ Milo legit Sibthorp, et semina ad cl. L'Hérit. misit. Specimen meum cultum est glabriusculum, sed pilis involucr. et pedic. rigidis nigris à cæteris differt, sed cum A. nigricante ulteriùs comparandum. (v. s.)

7. A. TENUIFOLIA, pube brevi molli plùs minùs canescens, foliis lanceolatis subdentatis acuminatis, capitulis racemoso-corymbosis, involucro præter pubem mollem pilos apice nigro-glandulosos gerente, achæniis striatis. Ⓘ in arvis Siciliæ propè Panormum. (Tin. Guss.!), in arenosis maritimis inter Agosto et Syracusam (Splitb.!). Rothia tenuifolia Tineo cat. h. panorm. 1807. p. 280. Variat caule unico erecto aut plurimis adscendentibus, pube parciori aut subtomentosâ. (v. s.)

β. *lyrata* (Guss.! in litt.), foliis lyrato-pinnatifidis supremisque pilis glanduliferis hispidis, capitulis laxè racemosis majoribus. Ⓘ in insulâ Pantellaria. An spec. fortè distinguenda? (v. s.)

γ. *arenaria*, densiùs tomentoso-canescens ad apicem pilis longis glandulosis subhispida, caule erecto, capitulis paucis. Ⓘ in arenis maritimis circà Gibraltariam legit cl. Boissier. Capitula minora quam var. β. (v. s. comm. à cl. inv.)

Sect. II. VOIGTIA *Roth in Rœm. et Ust. mag. 9. p. 17. non Spreng.* — Rothia *Schreb. gen. n. 1241. non Pers. nec Lam.*

Recept. margine paleaceum, paleis involucro brevioribus subhyalinis. — Achænia radii à plurimis dicuntur calva, sed papposa semper vidi. Fortè ob pappum deciduum achænia visa fuerunt nuda. Fortè interdùm reverâ ob palearum pressionem calva?

8. A. ROTHIA (Pers. ench. 2. p. 378. n. 6), pube molli tomentosa, ad apicem summum pilos glandulosos intermixtos gerens, caule basi ramoso diffuso, foliis ovato-lanceolatis subintegerrimis amplexicaulibus, capitulis corymbosis. ☿ in Hispaniâ (Roth.). Voigtia tomentosa Roth in Art. mag. 10. p. 17. Rothia andryaloides Roth cat. bot. 1. p. 104. Gærtn. fr. 2. p. 371. t. 174. Willd. sp. 3. p. 1611. Achænia radii ut disci papposa intensè striata. Paleæ in ambitu recept. 2-3-ser. parvæ ex Gærtn. (v. s. c.)

9. A. VARIA (Lowe! in litt. 1832), pube molli plùs minùs tomentosa, pilis apice glandulosis secùs caulem et in foliis summis et involucris intermixtis, caule erecto apice ramoso, foliis elongatis, radicalibus sæpiùs sinuatis, caulinis semiamplexicaulibus sessilibusve, capitulis corymboso-paniculatis. ♃ in Maderâ. Recept. paleæ 2-3-seriales in ambitu recept. hyalinæ acuminatæ. Achænia striata omnia papposa. Suadente cl. Lowe huc var. seqq. collegi!

α. *candidissima*, tota tomento conferto incana, pilis glandulosis in caule involucrisque numerosis, foliis semiamplexicaulibus lato-lanceolatis integerrimis. — patr. ign. Andr. candidissima Desf.! cat. h. par. ed. 3. p. 399. Cass. dict. 46. p. 312. (v. v. et s.)

β. *angustifolia*, tota tomento conferto incana, pilis glandulosis in caule,